

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Peccatum n
in 1493/5 & 1550 editionibus cum fonte primo

Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat et ideo si solum mulier cibum edisset illicitum: sola utique mortis supplicio plecteretur: ita dici potest in homine uno si delectationibus illicitis a quibus se auertere deberet continuo cogitatione sola libenter pascatur nec facienda decernantur mala: sed tantum suauiter in recordatione teneantur: quasi mulierem sine uiro posse damnari absit hoc credere. haec quippe una persona est.

totusque damnabitur. nisi haec quae sine uoluntate operandi sed tamen quum uoluntate animi talibus oblectandi solius cogitationes sentiuntur esse peccata per mediatoris gratiam remittuntur.

Augustinus ibidem (XII. libro de trinitate).

Manipulus florum, Peccatum n (Venetiis, 1493/5), sig.A7r.

Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat, et ideo si sola mulier cibum edisset illicitum, sola utique mortis supplicio plecteretur; ita dici potest in homine uno si delectationibus illicitis a quibus se continuo deberet auertere cogitatio libenter sola pascatur, nec facienda decernantur mala sed tantum suauiter in recordatione teneantur, quasi mulierem sine uiro posse damnari. Absit hoc credere. Haec quippe una persona est, unus homo est, totusque damnabitur nisi haec quae sine uoluntate operandi sed tamen cum uoluntate animum talibus oblectandi solius cogitationis sentiuntur esse peccata per mediatoris gratiam remittantur.

Augustinus Hipponensis, *De trinitate*, 12, 12 (CCSL 50, W.J. Mountain ed., pp.372-3, ll.45-56).

Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat, et ideo si solum mulier cibum edisset illicitum: sola utique mortis supplicio plecteretur: ita dici potest in homine uno, si delectationibus illicitis, a quibus se auertere deberet continuo, cogitatione sola libenter pascatur, nec facienda decernantur mala: sed tamen suauiter in recordatione teneantur: quasi mulierem sine uiro posse damnari: absit hoc credere. hic quippe una persona est unus homo est totusque damnabitur. nisi haec, quae sine uoluntate operandi, sed tamen cum uoluntate animum talibus oblectandi solius cogitationis sentiuntur esse peccata per mediatoris gratiam remittuntur.

Augustinus ibidem (12. libro de trinitate).

Flores omnium fere doctorum, Peccatum n (Venetiis, 1550), fol.384r-v.